



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 2. Summi Pontificis sollicitudo pro conservanda fide Catholica in eodem
Ducatu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII.

A. C. 1741

Prædicantes invehit, & in qualibet urbe in Senatum duos Lutheranos admitti præcipit, quinimo Lignitii & Juvavie ejectis Catholicis nonnisi Protestantibus ad Senatores nominat &c.

§. II.

Summi Pontificis sollicitudo pro conservanda fide Catholica in Silesiæ Ducatu.

Postquam non modo hujus Cardinalis captivitas, sed ipsæ etiam plurimorum Catholicorum lacrimæ ad ipsius Pontificis solium penetraverant, acerbi vulneris sensum proximius ad se pertinere ratus, Catholicæ Religionis decremento indeque absolvendis orituris malis præsentiora remedia proponere statuit; præprimis ergo ad cænes Orthodoxos Principes Apostolicæ Breve transmittit, quo declarabat, non sine maximo animi sui moerore percipisse, quod Brandenburgicus Marchio calamitosam Austriacæ Domus conditionem in rem suam verterit, & immenso valido agmine Silesiæ Ducatum occupare molitus sit. Omnes ergo Principes, quibus Religionis Catholicæ conservatio cordi esset, obstrictos fore monebat, ut junctis viribus latius grassanti malo obicem ponerent; non, enim sperabat,

Sæc. XVIII.

A. C. 1741.

bat, agi duntaxat de Austriacæ Domus & Hungariæ Reginæ emolumento, sed præcipue totius Ecclesiæ salutem ac bonum periclitari; nisi enim vitricibus Borussia armis & consiliis tota virium contentione potenter resisteretur, timendum fore, ne hæresis contagione, quæ jamjam nimis ampla sumpsisset incrementa, etiam illa regna, in quibus etiam illa regna, in quibus Catholica fides adhuc illibata floret, inficerentur. Has tam validas esse rationes autumabat, ut omnes Catholici Principes suum erga veram Religionem Zelum haud luculentiori specimine testatum reddere queant, nisi Austriacæ Domus incolumitatem extremis viribus defendendo &c. Præterea Pontificis curam augebat Pater Lukanus, qui nomine Reginæ Hungariæ nuntiare jussus erat, quod validis undique hostibus cincta unicam potentis auxilii spem in comprobata Hungarorum fidelitate ac virtute repositam haberet, ex his vero potissimi essent Protestantes, quos sibi auxiliaturos haud sperare posset, nisi eis liberius sectæ suæ exercitium in Hungaria polliceretur: se ad id prorsus invitam non nisi extrema necessitate adigi. His perceptis Pontifex respondit, notam sibi esse religiosissimæ Reginæ pietatem, ardensque Religionis studium, ac sibi inde per-

per-

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

persuasum esse, nil acerbius eidem accidere potuisse, quam quod ad fatalem redigeretur necessitatem, ut sectas in suo regno impune tolerare, atque a Sectariis opem implorare cogeretur: in hisce extremis, ubi nonnisi lacrimis & gemitibus vacare licet, se tamen sperare, Reginae sollicitudinem eo fore intentam, ut Protestantium importunitati ita cedatur, quin tamen propterea fides orthodoxa damnum patiatur. Erudum Romæ agerentur, Borussiae viota Schnöllendorffensi transactione, Neufam cepit, ac sese in superiorem Silesiam, comitatum Glazensem, imo in Moraviam effudit ipsamque Metropolin interceptit.

§. III.

Borussiae Regis declaratio circa usum Religionis Catholicæ.

Haud incognitum erat Friderico Regi quod ea, quæ hucusque in Protestantium favorem a prima sua in Silesiam irruptione egisset, non modo summum Pontificem, sed & potentissimos Principes Catholicos ad justam indignationem provocarent: ne ergo pacem Westphalicam hac in re violasse argueretur, aut novos hostes in se concitaretur, Regium diploma in omnibus Silesiæ urbibus